

Feriale Cumanum.

108

19. Aug. [XIII k. Sept. *Eo die Caesar pr[im]um consulatum in[it].¹ Supplicatio*
3. Sept. [III non. Sept. *Eo die exer[c]itus Lepidi tradidit se Caesari. Suppli[c]a[ti]o*]
25. Sept. [VIII k. Octobr.³ Natalis Caesaris. Immolatio Caesaris hostia⁴, supp[licatio]⁵
7. Oct. Nonis Octobr.⁶ Drusi Caesaris natalis. Supplicatio Vestae.
18. Oct. XV k. Novembr.⁷ *Eo die Caesar togam virilem sumpsit.⁸ Supplicatio Spei et Iuve[ntutis].*
16. Nov. XVI k. Decembr.⁹ Natalis Ti. Caesaris.¹⁰ Supplicatio Vestae.
15. Dec. XVIII k. Ianuar. *Eo die a[r]a Fortunae reducis dedicata¹¹, quae Caesarem A[ugustum ex transmar]i-
nis provinciis red[uxit]. Supplicatio Fortunae reduci.*
7. Ian. VII idus Ianuar. *E[o] die Caesar* primum fasces sumpsit.¹² Supp[licatio] Iovi semp[terno]
15. Ian. [XV]III k. Febr.¹⁴ *E[o] die Caesar Augustus* appellatus est. Supplicatio Augusto.
30. Ian. [III k. Febr. *Eo die ara Pacis Aug. dedicata*] est.¹⁵ Supplicatio imperio Caesaris Augusti¹⁶ cust[odis]
[civium Romanorum orbisque terrarum].¹⁷
6. Mar. [prid. non. Mart. *Eo die Caesar pontifex ma[ximus] creatus est.¹⁸ Supplicat[i]o¹⁹ Vestae, dis publ. p. p. R. Q.²⁰*
14. Apr. [XVIII kal. Mai. *Eo die Caesar primum vicit.²¹ Supplicatio Victoriae Augustae.*
15. Apr. [XVII kal. Mai. *Eo die Caesar primum imperator²¹ appellatus est. Supplicatio Felicitati imperi.*
12. Mai. [III id. Mai. *Eo die aedes Martis dedicata.²² Supplicatio M[ol]ibus Martis²³.*
24. Mai. [VIII k. Iun. Germanici Caesaris natalis.²⁴ Supplicatio Vestae.
12. Iul. [III id. Iul. Natalis divi Iuli.²⁵ Supplicatio Iov]i, Marti ultori, Veneri [genetrice].
. [Supplicatio] Iovi

Cumis rep. variis temporibus tria fragmenta, nunc in museo Neapolitano (I p. 340, plenius X 8575). Cf. Mo. Hermæ vol. 47, Continet tabula feriale templi alicuius Augusto dedicati; incisa est vivo Augusto, sed non ante annum p. C. 4 quo Ti. Caesar et Drusus Caesar his nominibus appellari coepti sunt. — 1) A. 744. Eodem die postea Augustus excessit (cf. Tac. a. 1, 9 al.). — 2) Diem supplevit Mo. (Herm. p. 655) ex fastis Amiterinis (IX 492, ubi ad hunc diem adscriptum legitur feriae) et supplicationes apud omnia pulvinaria, quod eo die Caes(ar) divi f. vicit in Sicilia. — 3) Natalis scriptorum lapidumque testimonis. —